

(b) considera mentem tuam, et uidebis, quomodo sibi formet ideas a rebus alienas, confundat discernenda, festinet cognoscendo, dubitet intempestiue, uidebis, quanta eis sit angustia, quibus occupata sit praeconcep-
 ptis opinionibus, et quae huius generis sunt alia; De medela cogitas? reflecte, examina semper et ubique mentis tuae ideas, an clarae, an distinctae, an adaequa-
 tae, examina, quando iudicia formas, an et quomodo una idea cum altera consentiat, quando ratiocinaris, examina, quodnam illationis tuae fundamentum, hoc ipsum denuo an solidum, pertenta, et quo nexu cum conclusione iungatur, dispice, paucis: Nulla men-
 tem tuam subeat idea, nulla propositio, nullum for- mes iudicium, nisi omnia separatim et coniunctim, ex quibus ea singula componuntur, reflexe inspexeris; sic enim intellectus, quantum per humanam imbecil-
 litatem praestari potest, ab errandi periculo immunis, in inueniendo et iudicando uero prom-
 tus, ad uerum felicitatis tramitem tibi praelucebit.

S. D. G.

SPHALMATA QVAEDAM

p. 16. in nott. pro. Moralis leg. Rational p. 17. in nott. leg. ontolo-
 gico p. 25. lin. 12. leg. discernendae. p. 28. lin. 6. lege alterum.

(b) *Verissime Celeberr. D. CLAUSINGIUS in dissert. de
 Mentis Hum. morbis grauiſſ. §. 4:* grauiſſimus men-
 tis humanae morbus ille recte dicitur, quod sibi re-
 lictus intellectus ea, quibus laborat, mala, ne in-
 telligit quidem, aut non attente satis considerat et
 inquit.

coll. diss. A. 92, misc. 27